

vel unius tantum membra conveniunt, triplices potissimum consti-  
tuuntur. Addi quoque merentur conventus Principum (die Für-  
sten-Tag) conventus Comitum (die Grafen-Tag) conventus No-  
bilium (die Ritter-Tag) &c. qui omnes quomodo instituantur ac  
celebrentur, videre est apud eos, qui peculiaribus operibus de iis  
commentati sunt in prim. vero *Sprenger. Lucern. p. 63. Ahasv. Fritsch*  
*discurs. de Conv. Com. Imp. Knipschild. de Nobilit. & de jure Civitat.*  
Nostrum hic est, de Nobilium conventibus ad meliorem Dissertationis nostrae intellectum nonnullas adhuc in medium proferre par-  
titiones. Dividi autem vulgo solent in universales, cum omnium circulorum Suevici, Franconici & Rhenani, & inferioris olim Al-  
satiæ districtus Directores & Adjuncti conveniunt & Germanico idiomate gemeine Ritterliche Correspondens-Tag dicuntur, & par-  
ticulares, qui vel circulares sunt, Ereyß-Tag, vel quaternionales,  
seu locales, Bierthels-Tag. Circulares vocantur, ubi unius circuli omnium quaternionum Directores, Capitanei ac Consiliarii con-  
gregantur, ad communicanda invicem de rebus ad Nobilitatem illius circuli spectantibus consilia. Locales sunt vel omnium mem-  
brorum, quando scil. omnes & singuli illius districtus Nobiles, alle Adeliche Mitglieder, coëunt; vel Deputatorum tantum. De illis eruditè aliquot abhinc annis in solenniori panegyri differuit Gen.  
Dn. de Berckheim Consobrinus meus æstumatissimus, qui eo ipso ansam & occasionem mihi præbuit de posterioribus deputatorum scil. conventibus in chartam quædam conjiciendi. Sine ulteri-  
ori itaque mora ad rem ipsam transeo.

## CAP. II.

DE

VERBORVM EXPLICA-  
TIONE.

**A**ntequam autem ad materiæ per quatuor causarum genera evolutionem, methodum alias haud insuetam, descenda-  
mus, a nominis examinatione juxta receptum, nec suo usu  
carentem in Academiis morem, ordiri animus est. Occurrit au-  
tem primò vocabulum CONVENTVS, quod à voce composita CON-

VENI-